



Jus Canonicum In V. Libros Decretalium Distributum

novâ Methodo explicatum, Omnibus Capitulis Titulorum (qui in Antiquis, & novis Libris Decretalium continentur) promiscuè & confusè positis, in ordinem doctrinæ digestis. Adjunctis Aliis Quæstionibus Connexis, Quæ Ad Plenam Cujusque Tituli, Aut Materiæ Cognitionem, Et Expositionem Pertinent. ...

Respondens Libro Quinto Decretalium. In Quo De Judicio, Seu Ordine Judiciario criminali, nec non de criminibus Ecclesiasticis, & secularibus ... agitur ...

Pirhing, Ehrenreich

Dilingae, 1677

Titulus. XXXV. De Purgatione vulgari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98302](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98302)

SERIES CAPITULORUM.

IN ANTIQUIS.

- | | |
|---------------------|--------------------------------|
| c. 1. n. 19. & 20. | c. 10. num. 24. & duobus seqq. |
| c. 2. n. 22. & seq. | c. 11. n. 29. |
| c. 3. n. 4. | c. 12. n. 10. & seq. |
| c. 4. n. 9. | c. 13. n. 30. |
| c. 5. n. 15. | c. 14. n. 5. & 6. |
| c. 6. n. 2. | c. 15. num. 12. & duobus seqq. |
| c. 7. n. 27. | c. 16. & ult. n. 17. & seq. |
| c. 8. n. 34. & seq. | |
| c. 9. n. 31. & seq. | |

TITVLVS XXXV.

DE PURGATIONE VULGARI.

Quar. I. Quid sit purgatio vulgaris, & cur sit prohibita? Resp. est ea, quæ vulgus induxit, & à SS. Canonibus est reprobata, n. 1. Qu. 2. Quæ purgationes vulgares in specie sint prohibita? Resp. prohibetur in primis purgatio facta per monachiam, sive duellum, c. 1. h. t. n. 2. Secundò, prohibita est purgatio per iudicium fetti candentis, vel aquæ ferventis, seu calidæ, c. 3. & ult. h. t. n. 3. Tertiò, inhibita est etiam purgatio per aquam frigidam, & alia huiusmodi purgationum genera, n. 4. An sit licitus purgandi modus olim frequens per celebrationem Missæ, & sumptionem SS. Eucharistiæ, n. 5. Qu. 3. An sententia lata ex purgatione vulgari, & iure reprobata, à qua non fuit appellatum, possit retractari? Resp. posse, c. 2. h. t. n. 6. & seq.

SERIES CAPITULORUM.

IN ANTIQUIS.

- | | |
|-------------|--------------------|
| c. 1. n. 2. | c. 2. n. 6. & 7. |
| | c. 3. & ult. n. 3. |

TITVLVS XXXVI.

DE INJURIIS, ET DAMNO DATO.

§. I. De Injuriis.

Quar. I. Quid sit injuria, & quot modis inferatur? Resp. Injuria specialiter dicitur contumelia alicui dicta, vel facta, sive quod dicitur, vel fit contra alicujus honorem; & tribus modis committitur; re, cum manus alicui infertur; verbis, cum ei convitium fit; litteris, cum per libellum famosum injuria infertur, n. 1. Non committitur injuria, sine dolo & animo injuriandi, n. 2. Qu. 2. An si quis dicat verbum injuriosum alteri, cum protestatione salvo tuo honore, excusetur ab injuria? Resp. negativè, quia est protestatio facta contraria, n. 3. Qu. 3. An is, qui alicui per convitium verum crimen objicit, inferat injuriam? Resp. si interfit Reipubl. ut convitium objectum sciatur, & puniatur injurians, non tenetur actione injuriarum, si illud probet, aliàs secus, num. 4. Nisi animo injuriandi huiusmodi convitium proferatur, tum enim non excusat, n. 5. Qu. 4. An provocatus licitè possit retorquere injuriam sibi illatam? Resp. id esse licitum, si id fiat incontinenti, & debito modo, n. 6. Qu. 5. Qualis actio oriatur ex injuria, & quæ sit ejus pœna? Resp. duplex oritur actio, civilis, ad æstimationem injuriæ, & criminalis, ad pœnam extraordinariam corporalem, vel pecuniariam, n. 7. Qu. 6. An quis possit

agere pro injuria alteri illata, Resp. affirmative. Qu. 7. Quomodo tollatur actio injuriarum? Resp. per lapsum anni tollitur actio injuriarum civilis, nam civilis est perpetua. Secundò tollitur remissionem injuriæ, vel expressam, vel per pactum, vel per tacitam, quæ fit per signum satisfactionem, n. 9.

§. II. De damno dato.

Si quis culpa sua, alicui damnum dedit, actionem irrogavit, vel alijs irrogantibus operante imperitiam, vel negligentiam, is satisfactionem nec ignorantia ipsam excusat. Item si alicuius nocuerunt alteri, is ad satisfactionem tenetur, nisi ea damnum passis dare velit. Qui occasionem damni dat, damnum dedisse videtur, nisi occurrat negligentiam, quam debebat, adhibere, c. 1. h. t. n. 1. Qui damnum etiam ex culpa levissima dedit, tenetur ad satisfactionem damni illati, n. 2. Si animal datum dedit, dominus ejus vel pretium ejus vel æstimationem damni, vel animal traderet dominum passum, n. 12. Si bos cornupeta, & non cubitum domini bovem interfecit, dominus illius tenetur reddere bovem, & mortuum recipiet, c. 2. h. t. n. 13. Si quis fodit cisternam, & non cooperit eam, cecideritque bos vel asinus in illam, dominus cisternæ tenetur reddere pretium animalis, quod in ea perierit, n. 14. Si quis depascit alienam vineam, vel agrum, dominus æstimationem damni solvetur, c. 1. h. t. n. 15. Si quis dampnum alicui dedit, & non restituit, tenetur damnum solvere, si in culpa fuit, c. 1. h. t. n. 16. Si quis voluntarie incendit domum alicujus, totum damnum restituere debet, & per annos pœnitere, c. 1. h. t. n. 17. Si quis damnum alicui illatum, sed etiam locum in quo sit, sine damno passio restituendum est. Unde si in rixa alium percussit, ilque non fuit mortuus, sed lecto jaceret, operas, & expensas solvere debet, c. 1. h. t. n. 18. Si Princeps, seu Magistratus secularis cum tanquam bannitum mittat in exilium, per dicem Ecclesiasticum condemnandum esse, locum æstimationem injuriæ, in expensas & damna, violat immunitatem Ecclesiasticam, c. 1. h. t. n. 19. Statutum etiam juratum editum de repetendis damnis acceptis non extenditur ad expensas factas, quæ nihilominus, non obstantibus juramento, repeti possunt, & solvi debent, c. 1. h. t. n. 20.

§. III. De represalijs, sive pignorationibus.

Quar. I. Quid sint represaliæ, & an sint licitæ? Resp. represaliæ, sive pignorationes, sunt licitæ, quibus Princeps, vel Reipubl. subditis suis in damnum passis dat potestatem invadendi Terras, domos, & loca, qui damnum intulerunt, & occupandi locorum, qui damnum intulerunt, in compensationem damnorum illatorum, n. 2. Quæ ut sunt licitæ, res cōditiones requiruntur, quæ enumerantur in c. 1. h. t. n. 21. Qu. 2. Contra quos represaliæ concedi possunt? Resp. non posse contra personas Ecclesiasticas, vel bonas earum, nec concessæ extendi ad illas, non obstante contrariâ consuetudine, & qui eas committunt vel extendunt contra personas prædictas, si non mensuri non revocant, & sunt singulares personæ.